

moeritus luminibus amissis, alba scilicet
 & atra discernere non poterat, at verò
 bona, mala, æquã, iniqua, honesta, turpia,
 vtilia, inutilia, parua, magna, poterat sine
 varietate colorum: licebat viuere beatè,
 sine notione rerum non licebat, atque
 hic vix impediri aciem conspectu oculo-
 rum arbitrabatur: & cum alij sæpè
 quod ante pedes esset non viderent, ille
 infirmitatem omnem peragrabat, vt nul-
 la extremitate consisteret: Hæc ille. Mi-
 hi verò cui minus est animi in inuestiga-
 tione quidem veritatis, cuius desiderio
 Democritus ardebat, ad excitandum ani-
 mum non leue calcar habere videntur
 oculi, quoniam si Philosophandi princi-
 pium fuit admirari, vnde oro crebrius at-
 que profundius, quàm per oculos admi-
 ratio in animum descendit? Quamobrem
 flagrans huius propositum miror, sed in-
 ane consilium obstupesco.

CARNEADES.

CArneades non segnius sed aliquanto
 modestius: neque enim sensus sibi
 corporeos abscidit; sed eorum vsum ra-
 tionis imperio subiecit. Tanta quidem
 intentione ferebatur ad id quod mente
 conceperat, vt quocunque se voluerit to-
 d. ij.